ucinate in neomenia tuba in insigni
die sollempnitatis vestre Quia preceptum
in israel est et iudicium deo iacob Testi
monium in ioseph posuit illud cum exi
ret de terra egypti linguam quam non no
verat audivit Divertit ab oneribus
dorsum eius manus eius in cophino
servierunt In tribulatione invocasti
me et liberavi te exaudivi te in ab
scondito tempestatis probavi te apud
aquam contradictionis Audi populus
et contestabor te israel si me audieris
non erit in te deus recens neque ado
rabis deum alienum Ego enim sum dominus
deus tuus qui eduxi te de terra egy
pti dilata os tuum et implebo illud
Et non audivit populus meus vocem
meam et israel non intendit mihi Et
dimisi eos secundum desideria cordis
ibunt in adinventionibus suis Si populus
meus audisset me israel si in viis meis
ambulasset Pro nihilo forsitan
inimicos eorum humiliassem et super
tribulantes eos misissem manum
meam Inimici domini mentiti sunt ei
et erit tempus eorum in secula Et ciba
vit eos ex adipe frumenti et de petra